

cum regis Antiochi filios ad | imp. Vespasianum cum ampla manu tribu-  
tariorum reduxit.<sup>13</sup> M. Alfius M. f. Fab. Olymptiacus aquili[f]e[r]  
vet. leg. XV Apol[?]inar[is].

*Helipoli Syriae (Baalbek) rep. (Mommsen, qui vidit ectypum, act. acad. Berol. 1903 p. 817; postea lapidem vidit Puchstein. Tractavit etiam Ritterling Jahreshfte des oesterr. archaeol. Instituts 7, 1904 Beibl. p. 23 seq.; Domaszewski Philolog. 66, 1907 p. 164 seq.). — 1) Primipilari legionis duodecimae Fulminatae (munera militaria minora omissa esse putanda sunt). — 2) Cf. supra N. 950. 1153. 2284. 2726. — 3) VIII errore scriptum pro VIII putant Mommsen et Dom.; sed rectius videtur statui, unius legionis nomen excidisse (cf. not. 4. 5). — 4) Excidisse XI Claud. coniecit Ritterling l. c. p. 24 (cf. not. 5). — 5) Apparet Rufum habuisse sub se milites selectos ex exercitibus Germaniae superioris et Britanniae; in Germania superiore enim tendebant temporibus Flavianis quattuor ex octo legionibus in inscriptione memoratis, prima Adiutrix (supra N. 2277 not. 3. 2286), octava Augusta (N. 2264 cum not. 2), decima quarta Gemina (N. 2262), undevicesima Rapax (N. 2273), reliquae quattuor in Britannia (supra N. 2278. 2246 not. 3. 2255. 2271 not. 2). Vexillarii quattuor illarum legionum Germanicarum, sed et quintae, undecimae (Claudiae), quae et ipsa fuit in Germania superiore temporibus Flavianis (supra N. 2257 not. 1. 2286) et cuius nomen hic excidisse putat Ritterling, memorantur in tegulis supra N. 2285. Rufum vexillariis illis praefuisse sub finem regni Vespasiani, bello contra Germanos gesto, coniecit Domaszewski, tempore belli Germanici Domitiani statuit Ritterling. — 6) In Africa ut videtur (cf. supra N. 2123. 2127). — 7) Fortasse sub Sentio Caeciliano legato utriusque Mauretaniae, cf. N. 8969. — 8) A. 71 (nondum primipilus). — 9) Propter res gestas in Africa? (sic Dom.; colon hoc delendum esse, quippe repetitum ex inferioribus, putat Momms.). — 10) Bello Dacico Domitiani videtur interfuisse etiamtum tribunus cohortis decimae tertiae urbanae, cf. supra N. 2127 (vix ut procurator Pannoniae, quod voluit Ritterling). — 11) Significatur Domitianus. — 12) Cf. supra N. 1372. — 13) Epiphanen et Callinicum, Antiochi regis Commagenes filios (cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 37 n. 57, de Epiphane etiam supra N. 845, 4), a. 72 a Caesennio Paeto pugna victos esse, Epiphanen cum suis ad Parthos fugisse, mox venia a Vespasiano impetrata redisse atque etiam Romam venisse narrat Iosephus bell. 7, 7, 2. 3 (cf. supra N. 9198). Missus ad eum reducendum est Rufus sine dubio cum centurio (etiam ad Antiochum comprehendendum missus fuerat centurio, Ioseph. 7, 7, 2), fortasse cum primipilus legionis duodecimae Fulminatae esset.*

9201 M. Septimio M. [f.] . . . . . | li<sup>1</sup> 7 legionum . . . . ., [X] | Fret. II<sup>2</sup>, pr. Min. II, . . . . . | II, pri. Parth., III Ga[ll. II?], XXII Prim., p. p., praepos[ito Flaminiae? Um]briae Picensi et Ap[ul]biae<sup>3</sup>, cur. rei publ. | col. Ancon. et c[ol.] . . ., [patrono] | complurium [civitatium], . . . | heredes patr[ono] . . .

*Anconae in ecclesia S. Cyriaci (Vaglieri bull. arch. comunale di Roma 1910 p. 325 ad ectypum). — 1) [Libera]li vel [Nata]li vel [Vita]li. Fortasse frater Septimii Magni supra N. 2657. — 2) Centurio fuerat in legionibus sex vel septem, in compluribus earum bis. Similiter Septimius Magnus (cf. not. 1) centurio fuerat in legionibus quinque (partim in iisdem quibus ille), in compluribus earum bis. — 3) Cf. supra N. 2769.*

9202 T. Fl. T.<sup>1</sup> Quir. Magnus | 7 leg. XII Fulm., | 7 leg. . . . ., |